





9416. 1778, 13.  
QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN

TESTAMENTVM PATRIS  
IMPVGNARI POSSIT A FILIO  
QVERELA NVLLITATIS, QVI PRIVS  
IN QVERELA INOFFICIOSI  
SVCCVBVIT

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PUBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

DIE XXX. MART. ANNO CCCCCCLXXXVIII.  
IN AVDITORIO IVRIDICO

DEFENDET

IACOBVS HENRICVS LEOPOLDVS  
TULLMANN

DRESDENS.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMI.



ILLVSTRI  
ET GENEROSISSIMO DOMINO  
DOMINO GRATIOSISSIMO  
**FRIDERICO WILHELMO**  
**DE FERBER**

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE  
A SECRETORIBVS CONSILIIS CAMERARIAE  
NEC NON  
RERV M METALLICARVM CONSILIARIO  
ATQVE  
COLLEGII COMITVM MINISTRORVM SANCTIORIS  
INTRA PALATIVM  
INTIMIORI SECRETARIO

MAECENATI OPTVMO

1. FELVATRI  
ET ELENTRIOSISIMO DOMINO  
DOMINO GRATIOSISSIMO  
HERBICIO ALTHENO  
DE HERBER  
SERENS ADOLESCENTIAE SAGINAE  
AUGUSTINIANA CONFESSORIS ORATIONES  
MISERICORDIA  
HERBICUS MELITABERACUS CONVENTUS  
ALTOA  
CENSIBUS COMITIUM ET TERRITORIUM SAGITTARIOS  
MELITABERACUS  
MACCENATI OPTIMO

ILLVSTRIS  
GENEROSISSIME DOMINE

MAECENAS GRATIOSISSIME

ingularis TVA ILLVSTRIS GENEROSIS  
SIME DOMINE gratia, qua non tantum pa-  
trem meum, sed memet ipsum complexus es, au-  
dacem me esse iussit, qui tenuum bunc libellum  
TVO ILLVSTRI DOMINI sacrum esse vellem. Dubita-  
bam quidem, an TANTO NOMINE dignus vel aliquo mo-  
do videretur, sed nec haec fuit consilii mei ratio; potius arripui  
occasione summam meam reverentiam animique devotionem do-


cumen-

cumento publico ostendere simulque demonstrare, Gratiam TVAM  
gratissimo animo me colere, atque pro, ut debo, meque obstrictissi-  
mum sentio, venerari. Dabit vero et haec TVA indulgentissi-  
me Gratia, ut et in posterum me meaque omnia TIBI omni ani-  
mi veneratione, quam submississime commendem, qui sum

NOMINI TWO  
ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

Dabam  
Lipfiae,  
d. XXX. Mart  
cœlœcccxxxviii,

deuotissimus cliens  
IACOBVS HENRICVS LEOPOLDVS TÜLLMANN  
RESPONDENS.



AN  
TESTAMENTVM PATRIS IMPVGNARI  
POSSIT A FILIO QVERELA NVLLITATIS,  
QVI PRIVS IN QVERELA INOFFICIOSI  
SVCCVBVIT.

---

§. I.

Sicut varia in testando committi possunt a testatori-  
bus vitia, ita varia excogitata sunt remedia, qui-  
bus impugnari possunt testamenta. Inter ea  
vitia vel nullitas et iniustitia in testando commissa obuenit, vel  
neglectum officium, vt inofficiodum proptereae dici queat te-  
stamentum. Si de vitio, quod nullum facit testamentum, qua-  
estio est, vel in internis solennitatibus et testatoris persona de-  
fectus deprehenditur, vel non accurate solennitates externae,  
quas lex definiuit, adhibitae sunt. Hac specie, querela nulli-  
tas competit. Si de eo, quod contra officium testator pec-  
caue-

## IV

cauerit, sermo: quaerela inofficiosi agendum erit. Vtraque illa remedia, quae veteri iure testamento omnem vim adimabant, valde tamen inter se diversa erant. *Illiud*, quo nulla dicebantur testamenta, ciuale et ordinarium habebatur remedium, *hoc* extraordinarium et ob fictionem valde odiosum. *Ille* *Illiud* a quoconque herede intestato institui poterat, *hoc* tantum ius dabatur, quibus legitima debebatur.

## §. II.

Non vrgeo reliqua, quae de' vtraque querela dici possunt. Satis est, vtramque hanc querelam noscere: At cum vtraeque ad idem tendunt, ut videlicet vis testamenti tollatur, vna eligenda est querela, sive nullitatis, sive inofficiosi, quae cum oppositas habent causas, coniungi non possunt. An vero, si vna electa atque instituta, altera possit institui, dubitari potest. Si vnum remedium contra testamentum adhibitum, atque vel nullum declaratur, vel rescinditur, altero remedio opus non est. At si non obtinuit, an ad alterum remedium detur aditus, hoc est, quod quaerimus. Causam dedit species, qua filius patris testamentum impugnauerat querela inofficiosi, quod inique se exheredatum esse adfirmabat. Heres in testamento scripus causam, propter quam pater eum iuste exheredauerat, veram esse probabat atque sic repellebatur filius. Post expertus filius, non rogatos fuisse testes in testamento adhibitos, quaerebatur: an, non obstante, quod in querela inofficiosi non obtinuerat, posset adhuc querela nullitatis patrum testamentum impugnare, atque nullitate probata, ab intestato succedere.

## §. III.

## §. III.

Non videntur deesse argumenta, quibus probari potest, nullitatis remedium non admittendum, si prius instituta est querela inofficiosi. Concludo enim sic: Si filius priuandus est liberalitate patris, qui exheredatus querela inofficii testamenti instituta succubuit, ut adeo tanquam indigno eripiatur, quod in testamento relictum est, fiscoque vindicetur: quo iure impugnet patris testamentum ad optinendam successionem intestatam querela nullitatis, qui summam in parentem ingratitudinem commisit. At eripi relicta in testamento, si succumbit inofficiosum dicens patris testamentum filius, testatur **VLPIANVS** in *L. 8. §. 14. n. de inoffic. testam.* Ait: *Meminisse autem oportebit eum; qui testamentum inofficium improbe dixit: et non optimauit, id quod in testamento accepit, perdere et id fisco vindicari, quasi indigno ablatum.* Indignus esse non definit, si nullitatis querelam instituturus est, ut propterea admittendus haud videatur.

## §. IV.

Aliud argumentum peti posset ex eodem **VLPIANO** in *L. 19. pr. n. de bonis libert.* scribit: *Si patronus ex minore parte, quam legitima institutus, falsum testamentum dixit, nec optimauit: non est ambiguum, contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem; eo quod factio suo perdidit hereditatem, cum temere falsum dixit.* Si itaque concludimus, Patronum perdere hereditatem, qui falsum dixerat testamentum liberti, quod tamen falsum esse probare haud poterat, quomodo admittamus filium exheredatum ad querelam nullitaris, qui inofficiosum temere paternum testamentum dixerat. Videlicet argumentum re-

## VI

ete a minori ad maius ductum esse. Falsum enim, quod dicatur testamentum, non est iniuriosum aliquod factum, quale est, qui patrem fuisse furiosum adfirmat in condendo testamento, in quo filium exheredauerat. Expressè enim MARCIANVS in *L. 2. π. de inoff. testam.* statuit: *Hoc colore inofficiose testamento agi, quasi non sanae mentis fuerunt, ut testamentum ordinarent.* Quidni concludamus, filium admittendum non esse ad querelam nullitatis, qui prius succubuit in dicendo testamento patris tanquam sit inofficium.

## §. V.

Sed iam videamus, an vtraque argumenta probent, non admittendum esse nullitatis remedium, si non rescissum sit testamentum prius inofficium dictum. Verissimum est, legatum filio relictum in testamento, in quo iuste exheredatus erat, fisco cedere atque filio tanquam ut indigno eripi, imo filium summam ingratitudinem committere in parentem, qui temere inofficiam dixit patris sui ultimam voluntatem; at exinde haud sequitur, excludi posse a remedio nullitatis, si in solennitatibus reperiatur externis defectus. Ipse VLPIANVS in *L. cit. 8. §. 14. π. de inoff. testam.* determinat, quae ause-renda eripienda sunt: nam pergit: *Sed ei demum aufertur, quod testamento datum est, qui usque ad sententiam iudicium lite improba perseverauerit.* Et quamvis ingratus fuit filius inofficium temere dicendo testamentum, tamen non videtur ingratus fuisse, si postea appareat inofficium dixisse, quod nul-lum et sic non testamentum erat.

## §. VI.



## §. VI.

Neque VLPIANI autoritas in *L. cit. 19. n. de bon. libert.* improbar nullitatis remedium. Quamuis enim ad testatam illam bonorum possessionem contra tabulas venire non poterat, qui falsum dixerat testamentum, at tamen non excluditur, quo minus nullum dicere posset testamentum. Dein quidem furiosi patris color, in querela adhibetur, quod integrati filii est, qui reuerentiam, quam patri debet, laedere videatur, at reuera cum saltem fictio est, nec vere furiosum adserit, non tanta videtur esse ingratitudo, ut propterea non admittendus sit, si probare velit, et ipsum testamentum et per hoc ipsam exheredationem nullam esse.

## §. VII.

Sed grauius argumentum peti posset ex PAPINIANO in *L. 16. pr. n. de inoffic. testam.* Scribit enim: *Filio, qui de inofficio matris contra fratrem institutum de parte ante egit et optimuit, filia quae non egit, aut non optimuit, in hereditate legitima fratri non concurrit.* Excluditur filia, quae non optimuit, a successione legitima seu intestata, quod non egit vel non optimuit: cur ergo eam admittamus ad nullitatis querelam. Neque tamen hoc argumentum obstabit: quomodo enim filiam, quae non egit, ingratam dicamus? Causa potius est, quod pro parte tantum resciplum sit marris testamentum, non in totum, vt filia propterea admitti non possit. Inde et scribit PAPINIANVS in *L. 15. verb. postrem. n. cod.*: *nec absurdum videtur, pro parte intestatum videri.* Quapropter verior videtur sententia, posse adhuc filium agere querela nullitatis, qui prius in querela officiosi succubuerat, *partim*, quod vnum reme-

VIII

medium non tollat alterum, quae ex diversis plane proueniunt fundamentis, partim, quod, quae in oditum posita sunt illius, qui in querela inofficiosi non optimuit, ut relictam perdat, non patientur extensionem ex tritissima illa iuris regula, quod odioſa magis reſtrinǵenda, quam extendenda ſint.





TAZOL

V<sub>1</sub>  
18





**Farbkarte #13**

Blue	Black
Cyan	
Green	
Yellow	
Red	
Magenta	
White	
3/Color	
Black	

B.I.G.

9416  
1778, 13.  
**QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN**

**TESTAMENTVM PATRIS  
IMPVGNARI POSSIT A FILIO  
QVERELA NVLLITATIS, QVI PRIVS  
IN QVERELA INOFFICIOSI  
SVCCVBVIT**

QVAM

**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E**

**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

DIE XXX. MART. ANNO CCCCCCLXXVIII.

**I N A V D I T O R I O I V R I D I C O  
D E F E N D E T**

**IACOBVS HENRICVS LEOPOLDVS  
TÜLLMANN**

DRESDENS.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMI.

